



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Vaticinatur: Ioanni Pasquali. 192

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

IGNATIVS: relucere diæta nouis  
splendoribus visa, obstupescit  
ægrum: vt scitari subigeretur: ec-  
quænam, & vnde illiusmodi lux  
existeret, quam conspicaretur?  
Inter quæ confestim æger conua-  
luit: idque IGNATIO præsentî ac-  
ceptû tulit: etsi clâ habere voluit  
donec viueret IGNATIVS. Post  
deniq; rē vniuersam detexit, ma-  
gna cum defuncti existimatione.  
Nec alibi aliud factû. 191. Nā &  
Ioannes Pasqualis, eū Barcinone  
inter preces sæpe sublimen vidit,  
atque tres amplius aut quatuor  
dodrantes ab humo elatû, in aëre  
ferri, & identidem hæc secum  
quiritantem; O DEVS MI, Ô ME  
DOMINE: SI HOMINES TE AGNO-  
SCERENT!

192. Vaticinio insuper clarus,  
præsentit prædixitq; res multas,  
quàm fierent. Iturum fortè Hie-  
rosolymã adolescens annos nat<sup>us</sup>



xviii. Ioannes Pasqualis comitabatur. Quem ille reuerti iussum, admonuit, matri vt inseruieret: tum fore, vt vxore ducta, liberos procrearet, multisque ea propter laboribus exerceretur. Meminisset solùm, forti animo constantique perferret. Addidit deinde alia: quæ omnia haud aliter quàm ostenderat, euenêre. 193 In Belgas aliquando è Gallijs transferat: stipem ibi à gentilibus Hispanis coactum, qua cæpta litterarum studia persequeretur. Antuerpiæ tunc inuitatus, cum apud institorem pranderet, conspexit in ceteris vnum: defixisque oculis aliquamdiu hæsit. Is iuuenis erat, & Petrus Quadratus Medina vocabatur. Hunc iussit iuuenem ad se accedere: docuitque, magna olim ab eo beneficia in Societatem manatura: Idcirco ineundam tanto antè tempore cum

eu  
qu  
be  
cie  
no  
ne  
po  
M  
pi  
ab  
M  
ter  
liq  
rel  
mo  
br  
no  
ing  
ter  
ha  
tu  
rie  
pe  
ipl